

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Reden und Arbeiten der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420, 1-4

57 Reden der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420,3

Molter, Johann

[Karlsruhe], 1783-1800

[Hitzig, Friedrich Wilhelm]: Bene inter se conjungi Literarum et rei militaris scientiam, ostendit, 21 Dez 1784

[urn:nbn:de:bsz:31-99849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-99849)

Pene inter se conjungi
Literarum et rei militaris
scientiam.

ostendit

Frid: Willh: Hitzig.

a. d. XXI. Decembris, 2589

MDCCLXXXIV.

Pensez bien de vous
 réserver et de militaire
 s'occuper
 de la part de la
 de la part de la
 de la part de la

Ex his artibus, quae merito liberales appellantur, excellere duas imprimis, litterarum scientiam et rei militaris prostantiam, in omni aetate omnium consensu judicatum est: ultra vero ex his ipsis illustrior, ultra magis sit expetenda et quorsitum, aliquando est a magnis viris, et minime adhuc tamen plane videtur explicata deliberatio. Nam ut otium et pax, sine quibus libera non consistunt, armis comparantur: tamen nec ipsa feliciter satis arma tra-

tantur, nisi adfint illa, quae
 magna ex parte liberis petuntur,
 consilium, ordo, prudentia, animi
 proclerea ita temperata ratione mag-
 nitude, ut, si ubi periculum occur-
 rat, metus pariter ac temeritas
 absint. Illud constat, quae nationes
 bellica gloria claruerunt in iisdem
 viguisse studia doctrinae, ut in
 Graecia, quae Persarum innumerabi-
 les exercitus, non modo sustinuit,
 verum etiam fregit atque profligavit;
 ipsa veram nunquam vin-
 ci nisi a se ipsa, proliuit. Domestici
 enim et diuisa discordiis,

et infirmata bellis, non tam
 Philippi Macedonum regis vir-
 tute, quam propriis percussa
 viribus, afflictaque corruit. Romana
 vero gente, quae fuit ulla unquam
 gens, aut belli gerendi scientia
 ac fortitudine ^{iam} prostantior, aut
 eis praecipue litteris, quae ceteros
 animos humanitate informant,
 exculta diligentius? Hinc illa
 magnae ducum excellentium, quae
 romani terminos imperii quam
 longissime protulit. Catones,
 Cicerones, Sulla, Luculli,
 Caesares, quos historis mirabi-
 liter laudant, nec tamen

ita, ut eorum merita laudes
 ullo a falsis adquare videatur.
 Age Macedonum tot victoriae,
 tot militaria decora unde fluxe-
 rint, si quis interroget, quid respon-
 debimus? hoc primum, ut opinor,
 ab Alexandro dicitur: is enim Asiam
 perdomuit universam, et ad intimos
 etiam oceani recessus penetrasse
 fertur; deinde illius a Phalange
 quod fuit acies in exercitu fir-
 missima. Quod utrumque si
 spectetur, ac perpendatur acu-

rate, non exiguum fortasse
bellis laudis partem libere
sibi vindicant. Nam Alexan-
dram a primis annis discipuli-
na erudit Aristoteles, et ad eam
tum animi tum ingenii prob-
tantiam, quod postea res illas,
omnium opinione ~~maio-~~ maio-
res, et agerfus est et confecit,
proceptis philosophis pulcer-
rimis exulit. Phalangem vero
ejus artem studendo, ab uno
primum Homeri poeta versu
manasse, doctissimi homines
memoria prodiderunt.

Ergo vicissim et a litteris ad
 juvantur arma, et ab armis
 libera sustententur. Quod si ubi
 quosquam armis imperium est,
 ibi artes illo vigerent, quo
 litterarum usu cognoscuntur,
 conservarentur facile studia civi-
 um ac populorum, et in comu-
 ni omnium concordia, nullius
 unquam externis viribus ad la-
 besandam publicam
 rem locus esse potest. Quod
 contra et in Graecia et apud Romanos,

et ubi vis gentium accidit,
atque accidere quotidie vide-
mus. ~

Handwritten text in a cursive script, likely a signature or a short note, located in the upper right quadrant of the page. The text is faint and difficult to decipher.

A single horizontal line drawn across the middle of the page.